

Johann Bacmeister

**Rector Academiae Rostochiensis Joannes Bacmeisterus, Phil. & Med. Doct. ac  
Professor, ad exsequias funebres Quas ... vir, Dn: Christianus, Clandrian civis  
primarius, Coniugi desideratißimae, Catharinae Schwartekops/ Paratas cupit  
Officiose & amanter invitat**

Rostochi[i]: Pedanus, 1626

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777434202>

Druck    Freier  Zugang



Bacmeister, J.,

i n

C. Schwartekopff  
uxor. Chr. Clandrian.

Rostock, 1626.

58.







RECTOR  
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS  
**JOANNES BACMEISTERUS,**  
Phil. & Med. Doct. ac Professor,  
*ad*  
**exsequias funebres**

Quas

*Humanissimus literatissimusq; vir,*

**DN: CHRISTIANUS**  
**CLANDRIAN**  
civis primarius,

*Conjugi desideratissima,*

**CATHARINA**  
*Schwartekops /*

*Paratas cupit—  
Officiosè & amanter invita*



**ROSTOCHI**  
Prælo PEDANIANO,

**ANNO cl: I: CXXVI.**

RECTOR  
ACADEMIÆ ROSTO-  
CHIENSIS,  
**JOANNES**  
BACMEISTERUS,  
Phil. & Med. D. ac

Professor.

 Apientissimus , legum Atticarum conditor Solon, dum ex amicis quendam mœrentem videret, in arcem perduxit, hortatusque est, ut per omnes subiectorum in urbe ædificiorū partes oculos circumferret. Quod ubi factum animadvertis: Cogita nunc tecum , inquit , quam multi luctus sub his teetis

rectis olim fuerint, hodièq; versentur, in-  
sequentibusq; seculis sint habitaturi: &  
mitte mortalium incommoda tanquam  
propria deflere. Qua consolatione sapiens  
ille demonstrare voluit, urbes & oppida  
nihil aliud esse, quam humanarum miseria-  
rum domicilia, quibus luctus, mœrores,  
tristitiae mortalium, quasi septis include-  
rentur. Ideoque Socrates ille græcorum  
sapientissimus interrogatus, quomodo  
quis vitam absq; molestia transigeret, ne-  
gavit id ullo modo fieri posse. Non enim  
dixit, licet civitatem aut domum inhabi-  
tanti, & cum hominibus conversanti  
vitam sine molestia transigere. Atq; hæc  
revera se ita habere, totus humanæ vitæ  
curlus à prima nativitate usq; ad ultimū vi-  
tæ terminum, satis superq; ostendit. A pri-  
ma enim nativitate, totus homo, ut Hippo-  
crates noster loquitur, morbus est, vitamq;  
flentes & plorantes ingredimur, ut potè in  
lachrymarum vallem veluti protrusi; &  
crescentibus annis, indies crescunt quoq;  
labores, calamitates & miseriae donec tan.

A 2

dem

dem decretoria mortis hora adveniat, &  
omnibus malis & miserijs exoptatū finem  
imponat. Hujus rei exemplum, hodierno  
die, denuō nobis proponitur, in lectissima,  
omnibusq; matronalibus virtutibus orna-  
tissima fœmina C A T H A R I N A  
Schwarzkopff/ Domini CHRISTIANI  
CLANDRIANS, civis litterati ac pri-  
marij in hac urbe conjugē carissima, quæ  
& ipsa vitæ hujus miseras & calamitates  
est experta, quas tamen fortiter sustinuit,  
& nudiustertius ex hac mortali & caduca  
vita in cœlestem translata, pio & placido  
ex hac vita discessu, superavit. Ortum tra-  
xit piè defuncta matrona Anno 1590. die  
ii. Augusti ab honestissimis, parentibus,  
CASPARO Schwarzkopff, ex percelebri  
SVVARTZKOPFIORUM, familia quæ in Vici-  
na VVismaria præcipue floret, & ante com-  
plures annos huc translata est, quæ & hic  
& illic vires Consulares, & Senatorij ordi-  
nis complures protulit, genito, & CATHA-  
RINA BESELINIA, peryetusta iti-  
dem

1590

2 A

itidem in hac urbe BESELINI ORUM  
familia. Avum paternum habuit GEOR-  
GIUM Schwarzkopff, qui VVismariæ pro-  
gnatus domiciliū suum in hac nostra Rho-  
dopoli fixit; aviam vero ELISABETHAM  
Schmiedes. Avum maternum Dn. HEN-  
NINGUM BESELINIUM nacta est, Se-  
natorem hujus Reipubl. gravissimum &  
prudentissimum, qui periculis illis tem-  
poribus, quando anno 1565. ab Illustrissi-  
mis Principibus Megapolitanis urbs hæc  
eslet occupata, cum alijs ad tum tempori-  
ris Imperatorem D. Maximilianum II. ab-  
legatus, reipubl. hujus negotia, non sive  
magno valetudinis suæ incommodo, feli-  
citer expedivit. Nubilis facta piè defun-  
cta nostra, supra dicto Dn. CHRISTIANO  
CLANDRIAN, Consulis Gustroviensis  
filio, civi honestissimo, nostrique ordinis  
fautori eximio, matrimonio juncta fuit An-  
no 1607. die 26. Octob. quò cum per inte-  
gros fermè 9. annos, in suavi, concordi &  
tranquillo vixit conjugio, carissimoq; ma-  
rito,

A 3

rito,

rito, nunc verò tristissimo viduo, g. liberos  
peperit septem filios, DANIEL EM, CA-  
SPARUM, CHRISTIANUM, LAU-  
RENTIUM, GEORGIUM, JOAN-  
NEM, 1. (qui eodem anno quo natus ite-  
rum denatus est) & JOANNEM 2. quem  
currente hoc anno 1626. Februarij in lu-  
cem edidit, & unicam filiam M A R G A-  
RETAM. Puerperij tempore ab initio  
mediocri usq; est valetudine, donec 14. à  
partu die in febrim tertianam primò sim-  
plicem, deinde duplicem incidit, quæ per  
aliquot septimanas, viribus magnâ ex parte  
attritis & dejectis, lecto illam affixit. Ab  
hac verò febri cum per Dei gratiam & dili-  
gentem Medici curam esset liberata ac jam  
in vado esse videretur, 31. Maij inopinatò  
recidivam passa est, quæ priori morbo ve-  
hementior, accendentibus gravissimis cal-  
culi doloribus, ita paulatim invaluit, vires-  
que prostravit, ut ad illam diutius sustinen-  
dam non amplius sufficeret. Sentiens i-  
gitur vitæ finem sibi imminere, totam se ad

bea-

ONT

CA

beatam ex immundo hoc mundo migrationem composuit, animamq; ante pauculas septimanas, salvifico sanguine & corpore Jesu Christi, 19. nempè Maij, pastam Creatori suo reddidit, & dolorem cum gaudio, mortem cum vita, miseriam cum æterna beatitudine permutavit, & inter assiduas preces & gemitus marito mœstissimo & liberis dulcissimis ultimum valedicens, in cœlestem patriam læta concessit, idque nudiustertius circa 10. vespertinam ubi nunc in conspectu agni vivit, nescia mali, repleta æternæ beatitudinis per mediatorem nostrum partæ, gaudijs & lætitia. Cum verò beatæ hujus matronæ exuviæ, Christiano ritu hodiè hora media prima, in gremium matris terræ sint reponendæ; ut omnes jurisdictioni nostræ subjecti, Domini Professores, DD. M.M. Ecclesiæ ministri, & studiosa juvenus, in gratiam mœstissimi mariti, in tristissimo luctu constituti, & cruenta dimidia sui parte saucij, tum etiam libero-

orum, propinquorum, & honestissimorum familiarum, in templo Jacobæo frequentes convenient, funus ad sepulturæ locum honorificè deducant, Deoq; suam vitam & utramque Rempubl. supplices commendent, officiosè & amanter rogamus & hortamus. P. P. 7. Junij Anno 1626.



Petri



GK



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777434202/phys\\_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777434202/phys_0014)

DFG






Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777434202/phys\\_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777434202/phys_0016)

DFG

beatam ex immundo hoc i-  
tionem composuit , anima-  
culas septimanas , salvifico sa-  
pore Jesu Christi , 19. nempē  
Creatori suo reddidit , &  
gaudio , mortem cum vita ,  
æterna beatitudine permul-  
assiduas preces & gemitus i-  
fimo & liberis dulcissimis  
dicens , in cœlestem patriam  
sit , idque nudius tertius circu-  
nam ubi nunc in conspectu  
nescia mali , repleta æternam  
per mediatorem nostrum p-  
& lætitia . Cum verō bea-  
tronæ exuviæ , Christiano r-  
media prima , in gremium  
sint reponendæ ; ut omnes  
nostræ subjecti , Domini Pre-  
M.M. Ecclesiæ ministri , & st-  
tus , in gratiam moestissimi  
flissimo luctu constituti , &  
mia dimidia sui parte saucij ,



the scale towards document

032

Patch Reference numbers on UTT  
Scan Reference Chart TE263 Serial No.

Image Engineering